Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

enumeret. Manifesta autem sunt opa carnis, que sunt fornicaciones, immundicie, luxurie, idolorum seruitus, ueneficie, inimicicie, contenciones, emulaciones, ire, rixe, animositates, dissensiones, heresies, inuidie, ebrietates, comessaciones et hiis similia, quemadmodum predico uobis sicut predixi quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebit. Constituam igitur aliquem castum gratanter non auarum non idolis seruientem hospitale indigentibus ministrantibus non cuiquam iniuriam non gratiosum patientem quietum nullum emulantem nullum iniuriantem sobrium frugalem hereticum nullum utique dubium est propter hoc solum quod hereticus et regnum dei non possessurum. Constituam alium fornicatorem immundum luxuriosum auarum et etiam aptum idolis dedicatum ueneficum discordiosum gratiosum [illegible] suum emulum animosum seditiosum inuidum ebriosum comessatorem catholicum nunquid propter hoc solum et catholicus et regnum dei possidebit. agens talia quibus sic excludit apostolus quo quia talia agunt regnum dei non possidebit. Si hoc dicimus nos ipsos seducimus. Ita sermo dei non nos seducit quia nec tacet nec parcit nec ulla adulatione nos decipit. Ideo quippe alibi dicit. Hoc autem sectore intelligentes quod omnis fornicatus aut immundus aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo uos seducat in